

## Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in  
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

**Chyträus, David**

**Lipsiae, 1592**

**VD16 C 2504 T. II**

**Caput XXI.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](http://urn.nbn.de:gbv:ha33-1-148122)

tebras abdere, sed doctrina, consilio, & industria sua ecclesiae & Reipubli-  
cæ seruire debet.

ἀλλωδί ἐν τῷ θεατρῷ τὸν διηγοπάζοντας  
ἐσθλὸν, τὸ δὲ τε πολὺ επαγγέλματος αὐθεωποι,  
καὶ τε πόλεις ἐσάντος.

Alterius, Iouis arbitrio, sapientia cordi  
Insidet, hic multis prodest mortalibus vnuſ,  
Consilioque vrbes seruat.

Seneca epistola 6. In hoc gaudeo aliquid discere, vt doceam. Si cum  
hac exceptione detur sapientia, vt illam inclusam teneam, nec enunciem,  
reijciam.

## Caput XXI.

Iustitia utilis.  
Noli amplius peccare.

Docilitas.

Iniustitia &  
rapina.

Sapientia &  
stultitiae di-  
scrimina.

**F**ILI mi, si peccasti, desine à peccato & ora, vt &  
præterita tibi condonentur. Deuita peccata quasi ser-  
pentem. Nam si nimium prope acceſſeris, punget  
te. Dentes eius ut dentes leonis, & occidunt  
hominem. Quodlibet peccatum est instar gladij acuti, & san-  
ciat insanabiliter. Qui iniuria afficit, & vim infert, tandem  
mendicitate plectitur. Homo superbus tandem de domo sua &  
facultatibus naufragatur. Nam protinus, cum clamat affi-  
ctus, audit Deus & vltio subito veniet. Qui se admonerit non  
patitur, hic iam via ingreditur impiorum. Qui timet Deum,  
afficitur admonitionibus. Qui autem superbè adhuc insultat,  
hunc tamen Deus videt procul, & homo prudens cernit, quod  
ille prope interitum est. Qui domum suam edificat opibus a-  
lienis, coaceruat lapides ad sepulchrum sibi. Totus cætus im-  
piorum est velut floccus stupæ, quam flamma deuorat. Im-  
pij incedunt scilicet litostrotho specioso, cuius finis fundamenta  
sunt inferni. Qui obseruat mandata Dei, non sequitur so-  
mnia capitis sui, & timere Deum ex animo, sapientia est. In  
ingenijs illiberalibus frustra est labor educationis. Quidam sa-  
tis mentis habent, & tamen plurimum damni dant. Homi-  
nis sapientis doctrina fluit ut torrens, & scaturigo viua. Cor  
autem stulti est veluti vas plenum rimarum, bac atq; illac per-  
fluens, nec doctrinam ullam continere potest. Quando homo  
prudens audit doctrinam bonam, laudat eam & late seminat  
eam: Verum si audiat eam petulans & contemtor, displicet ei,  
& post

Chyi

Et post tergum projicit eam. Sermones stulti sunt veluti sarcina premens in itinere. Jucundi autem sunt sermones sapientis. In senatu attentio est ad verba sapientis, Et eius sermones magni momenti habentur. Sermo stulti est instar domus ruinosa Et lacera. Et quidnam consilium hominis imprudentis sibi velit, ne intelligi quidem potest. Stultus fugit disciplinam non aliter atq; si compedes ei iniiciantur. Sapiens autem pro aureo ornamento estimat, Et pro armillis in brachio dextero. Stultus inopinato irruit in aedes alienas. Prudens autem verecundè se gerit. Stultus vel per fenestram alienam inserit caput suum. Prudens autem foris expectat. Insignis rusticitas est, auscultare ad ostium. Homo prudens duceret hoc sibi turpe esse. Stulti effundunt nihil ad rem pertinentia: Sapientes autem aurificis libella verba sua expendunt. Stulti habent in labijs cor suum. Sapientes autem os suum in corde inclusum habent. Stultus sonore cachinnos edit. Sapiens autem verecundè subridet. Quando impius execratur sceleratos, execratur seipsum. Susurrones ipsi sibi nocent, Et nemo eis libenter conuersatur.

**S**Ex continet locos præcipios. I. De **I V S T I T I A V N I V E R S A-**  
**L I** vitante omnia peccata Lege Dei prohibita, & obidente Deo iuxta omnia eius mandata, præcipit. Vtitur autem argumento ab inutili seu poenitentiis peccatorum, quæ sunt aculei mortis. Idque amplificat tribus similitudinibus seu Iconibus, vt serpens virulentum morsum infigit: vt Leo prosternit & conterit obuia: vt gladius acutus lethale vulnus infigit: ita peccatum occidit hominem, dum & conscientiam horribiliter vulnerat & exagitat in hac vita, & perpetuis animæ ac corporis cruciatibus plectitur in omni eternitate. I. Superbis tyrannis poenas minatur. Et congruit cum cantico Mariæ: Dispergit superbos mente cordis sui. Deponit potentes de se- Superborum poena.  
 de. vt Pompeius, Antonius & alij infatuati potentia & rebus secundis, tandem omnium fortunarum suarum & vitae etiam naufragium fecerunt. Virtutes oppositæ sunt **I V S T I T I A** neminem lädens, & **M O D E S T I A**. Qui se admoneri non patitur. II. Repetit præceptum de **D O C I L I T A T E** Docilitas, auscultante aliorum admonitionibus, & emendante errores & mores vi- ciosos, de quibus corrigendis, voce parentum, magistratum, præcepto- rum, vel amicorum admonetur. Huic virtuti opposita est pertinacia & superbia, quæ suam *νερόδοξίαν* pluris facit quam veritatem, & errare mauult, quam alteri vera monenti cedere. Cur errare pudens prauè, quam discere malo? Qui domum suam edificat opibus alienis. III. Injustitiam seu rapinas & auaritiam, sibi ipsi exitium accersere docet, & generalem sententiam de poenis & interitu impiorum subito attexit. Qui obseruat mandata Dei, non sequitur somnia. V. Reliqua pars capituli descriptionem veræ **S A - Sapientia**, & antithesen sapientiae & stultitiae continet. Sapientia est vera

Chyl

vera agnitus Dei & vera pietas regens consilia & actiones vitæ omnes iuxta verbum Dei. **S**TULTITIA est ignoratio & contemptus Dei, errans in opinionibus, consilijs, dictis & factis. Quia non verbum Dei, quod unica veritatis norma est, sed sui capitum somnia sequitur. Recitat autem Syracides quinque vel sex discrimina, quibus stulti & sapientes agnoscendi & discerni possint. Sapientis sua iudicia, consilia, mores, actiones & vitam totam dirigit ad normam mentis diuinæ expressam in verbo, in quo se patefecit Deus. Stultus spreta verbi diuini regula sui capitum somnia sequitur. Sapientes sunt dociles, patiuntur se verbo Dei erudiri, moneri & regi. Stulti sunt indociles & pertinaces. Sapientium consilia, dicta & facta sunt ordinata, recta, salutaria, & hominibus sanis grata & suauia. Stultorum vero consilia & sermones sunt inordinati, confusi, distorti, inutiles & perniciosi. Sapientes sunt modesti, verecundi, circumspecti, graues. Stulti sunt curiosi, ~~πολυπεριηγούμενοι~~, imprudentes, præcipites. Sapientes sunt in loquendo cunctantiores, circumspecti, prudentes, & verba singula aurificis libella expendunt. Stulti sunt garruli, præcipites, futilis, ~~ἀβυρέογλωσσοι, ἀχαλαίσκου~~. Sapientes sunt graues, ledati, alieni ab omni scurrili levitate. E contra per rium multum debes cognoscere stultum.

## Caput XXII.

Pigritia.

Liberi felices  
aut infelices.Admonitio-  
nes tempesti-  
ue.

H

**O**MOPiger perinde est atq; lapis in luto iacens. Qui leuat eum cogitur extergere manus. **F**ilius, non bene educatus, ignominia est patris. **F**ilia prudens facile elocatur, at filia parum proba à procis negligitur, & contristat patrem suum. **E**t quæ ferocula est, cum patri, tum marito ignominia est, exosa quoq; utriq;. Sermo intempestivus, musica est in luctu. Si quem admonere aut docere vis, obserua tempus. Qui conatur docere stultum, perinde facit, atq; si fragmina resarcias in vase fictili, aut arcte consopitum excites. Qui loquitur stulto, loquitur stertenti, cum finieris sermonem, dicet, Quidnam erat? Super mortuo luctus suscipitur, quod hac luce nunc careat. Longè magis lugendus erat stultus, quod mente careat. Nemo nimio luctu debet se confidere de mortuis: Nam quietem nacti sunt. vita vero stulti, morte est tristior. Septem diebus lugetur super mortuo, verum super stultis & impijs per omnem vitam. Ne multa loquaris cum stulto, neque conuersare homini parum prudenti. Vita cum, quantum potes, ne plectaris damno, & contamineris ab illo. Fuge eum ut pacem habeas, ne per stultitiam eius arum te implacent &